Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26074
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Securi g̃ ambulemus in via · si insidias in cam̃ iuxta uiam.
Inimicus insidiari ñ audet in via · quia xp̃e est uia · si iuxta uiam plane ñ desinit · Unde in psalmo dicitur; iuxta semitam scandala posuerunt michi · Dicit q̃ alia scriptura · Ille mortuo quia in medio laqueorum ingredimur · si isti laquei inter quos ingredimur ñ sunt in via · si tamen sunt iuxta uiam.
Quid formidas · qd metuis · si in via ambulas · tunc time · si deserris uiam · Ita ido q̃ iam p̃mittitur inimicus ponere iuxta uiam laqueos · ne securitate exultationis uia deseratur q̃ insidias incidat · Via xp̃e humilis · xp̃e ueritas q̃ uita xp̃e excelsus q̃ ds · Si ambules in humili · pueniet ad excelsum; si infirmus aspneris humile · in excelso fortissimus p̃manebis.
Que enim causa humilitatis xp̃i · nisi infirmitas tua · Valde enim q̃ inremediabiliter obsedebat infirmitas · q̃ hec res fecit ut uenire q̃ adire tantus medicus · Si enim sic egrotares ut tu possis ire ad medicum · poterat tolerabilis uideri ipsa infirmitas; si quia tu ire ñ potuisti ad eum · ille uenit ad te; uenit docens humilitatem · Quare · iudicam; quia superbia nos redire non sinebat ad uitam · q̃ ipsa fecerat nos autem recedere; exaltatum enim humanum cor aduersum dm · q̃ negligens in ipsa sanitate p̃cepta salutaria · decidit anima in infirmitatem; discat audire infirma · illum quem contemp sit in columis · audiat ut surgat · quem spreuit ut caderet audiat tandem experimento edocta · qd p̃cepto docta noluit obtinere · Docuit eam miseria sua · quam fleuit neglegentem felicitatis · Heu quam malit sit adno formidari desperare sumendo! Quam bonum sit adherere dno semp humilia sentiendo · Recedere enim a illo simplici q̃ singulari bono in istas multitudinum uoluptates · q̃ in amorem

Bonum mihi q̃ humiliasti me.

Ad deum.
Transi sum ego salutem · m · f.